

Contenta.

An f.

1. Tob. Eckhardi Observations philologica ex Aristophanis Pluto actione N. F. illustranda inferuentibus.
2. Christph. Wollii Dis. de eo quod sublimis est in his Moies verbi: vere dico Quo, ad Longin regi 1485.
3. Iust. Godesfr. Guncius dis. de Sacra Scriptura in sacris Resculapie.
4. Sal. Deylingii Euangelianum doctrina et salutifica systema. (fide).
5. Christian. Gottlieb Clugii dis. de sua formula, qua interrogamus infantes ante sacram lotionem la.
6. Iac. Haferungii progr. de baptismo mystico.
7. Io. Georg. Walchii dis. de baptizato Chrysium induente.
8. Ciusu. Historia paedobaptismi quatuor priorum seculorum.
9. — progr. Tempus aduentus mortis idoneum.
10. — Controversia de productione spiritus sancti.
11. — Historia doctrine de peccato originis.
12. Frid. Andre Hallbaueri Brittonia christiana rei facies a Plinio representata.
13. Io. Andre. Danzii dis. de filia vocis, nefanda divina emula.
14. Io. Christian. Siebenfechtii Dis. de discrepantia et consensu psalmi XXXIX. et II. Sam. XXII.
15. Eiusd. dis. de sacrificio a peregrino offerendo, ex levit. V. 20. 26.
16. — de leprie cap. LXIII. comm. 19. non diuellendo.
17. Christian. Sigism. Georgii dis. de peregrinis idiotismis ob causas et effectus suos in sermoni
N. T. Graec non admittendis.
18. Car. Gottlob Sperbachii Observations philologica in nonnulla pentateuchi loca a trans.
latoore Wertheimensi corrupta.
19. Georg. Laur. Gottlieb Reichenii Observations similes.
20. Heinr. Knollii dis. quae Indou. de Dieu aphorismos theologicos falsos et errores refutat.
21. Car. Heinr. Leibnici Dis. dicta quedam N. F. ex versione hebreica illustrans.
22. Ioseph. Klader de lingua domini nostri Iesu Christi gloriosa, ad 1. Cor. XV. 22. 23.
23. Gustav. Georg. Leibnitii dis. de subiectione Iesu Christi gloriosa, ad 1. Cor. XV. 22. 23.
24. Christian. Gottl. Ioecherti Thoma Wooltoni de miraculis Christi paralogismorum examen.
25. Heinr. Schlaunfingi progr. de gradibus academicis.
26. Eiusd. Animadversiones de נָבָת יְהוָה ad gen. XII. 67.
27. Io. Vorstii Diatriba de adagis N. T.
28. Io. Cap. Haferungii disp. de Bileam incantatore et propheta periodico.
29. Io. Psalii Graphus rabbinico-philologicus de schem hamphorach.
30. Christian. Weilii Systema psalmorum metricum a cel. Anglo Franc. Itare ruper adornatum.
31. Adam. Grenzii Lucubratio theologica in locum Ioh. VII. 48. 49.
32. Christian. Gottl. Frid. Wolffii Schediahma de diuortio Iudeorum, ad Matth. XIK. 8. 9.
33. Io. Gottlieb Bosseckii Memoria Frid. Myconii.
34. Io. Andr. Schmidii dis. de regina ex austro, ad 1. reg. X. 1. 169.
35. Eiusd. de elinguatis mysteriis trinitatis predicatoribus.
36. Christian. Ernst. Schmidii dis. de promotione academica Xfo eiusq. apostolis prosperam tributa.
37. Erh. Reuschii progr. Hymnus angelicus ex historia rituum Jacobum illustratus.
38. Christian. Bebel. Michaelis progr. de Christo filio hominis.
39. Eiusd. Oratio de Daniele, laudabilis exemplo typog. triennii academicii.
40. Io. Guili. Langii et Dan. Gottlieb Krügeri Epistola de tuse vita ac necis, ad exod. XXI. 20. 21.
41. C. B. Michaelis dis. de vaticinio Amosi propheta.
42. Io. Georg. Michaelis dis. de duali auxiliis purgationi leprosi destinatis, earundemq. mysterio, ad

19.

DISSE

LARATIONEM PHILOLOGICAM,

DICTA QVAEDAM

NOVI FOEDERIS

EX

VERSION**E**

SYRIACA

ILLVSTRANTE,

CONSENSV

AMPLISSIMI PHILOSOPHORVM ORDINIS,

PRAE SIDE

CAROLO HENR. ZEIBICHIO,

LL. AA. MAG.

D. XIII. SEPTEMBR. MDCCXXXVIII.

IN

AUDITORIO MINORI

ACADEMIAE VITEMBERGENSIS,

PVBLICE TVEBITVR

RESPONDENS,

IOANNES SAMVEL PFEIFFERVS,

WEISSENSEA-THVRING.

PHIL. ET SS. THEOL. STVD.

VITEMBERGAE,

TYPIS IOANN. FRIDER. SCHLOMACHII.

18.

18
DIOCTA QUAESTI
NOVI THEODERIS

V E R S I O N E
S Y R I A C A

CAROLO HENRICI ETIENNE

AUDITORE MIROR
ACADEMIE ATENIENSIS
TURCICIS
IOMINIS SARAFETTE TURKIS
PROYALI SCHOLOMAGNI



DICTA NOVI FOEDERIS,
EX
VERSIONE SYRIACA
ILLVSTRATA.

* *

LVC. XXI. 25.

ΣΥΝΟΧΗ ΕΩΝΩΝ ΕΝ ΑΠΟΡΙΑΙ, ΗΧΩΤΣΗΣ
ΘΑΛΑΣΣΗΣ ΚΑΙ ΣΑΛΟΥ.

§. I.



am praegnantes sunt omnes loquendi modi, quibus miseriam ultinorū mundi temporū ex nouis plane atque insolitis intelligere signis iubet Seruator optimus, ut ad corundem lectionem quilibet totus horreat & contremiscat. Syrus N. T. interpres in loco, hic apparente, uerſatur ita, ut Paraphras tam potius, quam nudum Metaphras tam, referat. Digna ideo nobis uila sunt, i quorum sensum inquiramus accuratiu s, uerba sequentia:

مَوْلَوْيَّاً لَّهُ مَوْلَانَا مَوْلَى الْمَوْلَى مَوْلَى الْمَوْلَى
que, reperito, ad perfectiorem sensum, uerbo, ab initio uersus comparente, ueritimus: Erit angustia gentium, & COMPLSIO MANVM, PRAE ADMIRATIONE SONITVS MARIS.

A 2

§. II.

§. II. Multum sane uult haec Syri Paraphrasis, & plus dicit, quam Textus ipse Graecus. Potior obseruationis nostrae pars occupatur circa phrasin: **לְזִבְחַת יָדֶיךָ** *complatio manuum*, per quam Syrus, non inconcinne, illud Textus Graeci exprelit: εὐ πορείᾳ. Id quod non tantum LVD. DE DIEV, in Commentar. in N. Test. p. 368. 369. assertit, sed integer etiam illius commatis, prout habetur in Syriaca versione, sensus docet. Απογέια autem, si significatum speiemus proprium, notat anxiatem, confitit inopiam, baestitationem, dubitationem, agituationem eius, qui nescit, quo se uerat, docente HENRICO STEPHANO, in Thesaur. Ling. Gr. T. III. v. απογέια, col. 167. Vnde HESYCHIVS & PHAVORINVS απογέια per απογέια fuit interpretati. Atque ex hac απογέιᾳ sequitur deinceps **לְזִבְחַת יָדֶיךָ** manuum complatio. Reste ergo LVD. DE DIEV, l.c. p. 369. scripit: Quum, desperatis rebus, mera est consilii inopia, iam COMPLODVNTVR MANVS, iam compressis digitis. CONSTRINGVNTVR. Utrum per complacionem, an uero per palmationem potius manuum interpretanda haec phrasis sit, non est, quod diu disputemus. Prior interpretatio GVIDONI FABRICIO, cum TREMELLIO, BVXTORFIO, & CASTELLO; posterior LVD. DE DIEV probatur. Quacunque in significatione accipiatur, certum est, per eam statum temporum illorum peruersissimum, miserrimamque hominis ipsius conditionem, ubi nec consilii copia, nec exilii locus erit amplius, indicari. Radix enim **לְזִבְחַת** cuius nomen **לְזִבְחַת** cum addito **וְיָדֶיךָ** hic comparet, & plaudendi, & palmo metiendi significatum habet, secundum EDM. CASTELLUM, in Lex. Heptagl. col. 3092. Chaldaicium uero si conferamus, ad quem, in indagando Syrorum vocabulorum sensu, confugendumque est, פְּשָׁע & פְּנָאָבְנָה de Palma communiter, in TARGVMIM occurrere, intelligimus. uid. BVXTORFIUS, in Lex. Ch. Talm. Rabb. col. 1861.

§. III. Complasias saepius manus, inter affectiones, ira correptorum, recenser SENECA, L. I. de Ira, c. I. p. 290, ed. Gruteri. At, nullus hic irac locus; quin potius, quaecunque agenur, animi, maxime perterriti & conturbati, de rebus omnibus desperantis, maximasque in angustias redacti, tristissima eruunt indicia. Quam arcta enim manuum complasione, cum miserio illo statu, intercedat coniunctio, clarissime docet uox singularis, **לְזִבְחַת** a rad. eadem, **לְזִבְחַת** plausit, ortum trahens, & ambiguitatem, vel dubitationem, si significatus proprii, insinuans. Conf. CASTELLVS, l.c. col. 3092.

§. IV. Causa tamen complasionis huius est indicanda, a Syro Paraphrasa his verbis subministrata: **לְזִבְחַת יָדֶיךָ לְזִבְחַת**

Prae-

Prae admiratione sonitus maris. Hoc est illud, quod ita eloquitur Textus Graecus: ὥξενος θαλάσσης καὶ σάρας. Quomodo uox ὥξενος, quam, per Brausen, optime LVTHERV S, per resonare, TH. BEZA, SCHMIDIVS, aliique explicant interpretes, accipienda hic sit, recte colligitur ex versione Syriaca, a qua additur Στόλος stupor, admiratio, cuius Radix Στόλος

*admirari, obstupefcere, idemque, quod **IoL** nude notat. Indicatur ergo talis
marium, fluminumque omnium rumor, qualis non fuit ab orbe condi-
to, quique in admirationem sui rapiet, ac trepidantes reddet omnes, hunc
orbem inhabitantes. Nam **IoL** uox, uel sonitus maris, de urgen-
tibus ac tumeientibus mariis debet intelligi. Hoc sensu **IoL** uox, cui hic
etiam Gr. Φων̄ responderet, cum **IoL** aquis, componitur a Syro Interpretate, quan-
do loquitur de **IoL** **IoL** **IoL** seu SONITV multarum*

AQVARVM. uid. APOC. I. 15. XIV. 2. XIX. 6. Talis marium commotio a DAVIDE, praegnanticibus verbis, Ps. XLV. 8. insinuat; cum etiamen, quae in extremis mundi diebus debet excitari, comparanda neutiquam, ubi, factis nouis, insolitusque plane inundationibus, cum insigni strepitu, maria omnes excedente limites ac fines, a Deo ipsis positos. IOB. XXXIIIX. n. Vocis ergo σάλας, in Texu Graeco ultimae, suoque pondere haud destituta, singularem in Vers. Syriacu explicationem eo minus desideramus, quo certius scimus, tanti momenti esse ea, quae noster dixit interpres, ut, quae, mundo in plenarium occasum uergente, futura adhuc sunt, uiuis quasi picta coloribus, ponere cuiilibet ante oculos possint.

L V C. X X I I . 44.

ΓΕΝΟΜΕΝΟΣ ΕΝ ΑΓΩΝΙΑΙ

S. I

Triste est spectaculum, quod in ipsis LUCAE exhibetur. Sistitur Christus, tremendum redemptiois aggressurus opus, in eo animi corporisque languore, in quo uel angelica erigendus erat confortatione. Preces mitit ad Patrem, in monte Olivifero, genibus innixus. At, in hoc ipso orandi, facerimmoque actu, *aywla* eundem occupat. Vocem Graecam refinendam esse, & per agonem mortis transferendam, plerique iudicarunt. Sed, in uisceris uocis non penetrarunt. *Aywla* enim vocabulum *gymnicum* est, de veterum luctationibus & concertationibus apud Auctores usurpatum, quod constat ex POLLVCE, inter complures uoces *gymnicas* & hanc recentem, in Onomast. L. III. c. XXX. segm. 141. p. 339. & segm. 142. p. 340. ed. Amstel. HESY-
A 2 CHIO.

CHIO, in Lex. sub hac uoce, & aliis, collectis ab HENR. STEPHANO, in Thesaur. Gr. Lingv. T. I. col. 106. Et hoc redit B. LVTHERI mens: *Vnd es kam, daß er mit dem Tode RANG.* Proprie uero, de insigni uehementissimaque animi commotione ac conurbatione ualer, orna ex Timore eo, quo corrumpuntur ii, qui uel ingredi certamen uolunt, uel, iam ingressi, in eodem laborant.

§. II. Duplicem hanc, et generaliorem, et specialiorem significationem, paucis complectitur ANT. BYNAEVS, quando ἀγωνία describit ita: *Αγωνία MOTVM illum ANIMI, PERTVRBATIONEMque, ac HORROREM significat, qui in iis est, qui graue aliquod inituri CERTAMEN sunt, aut METV cauissimam periculi infortuniumque correperi.* Id quod non tantum uerbis DEMOSTHENIS, φάσον cum ἀγωνίᾳ arctissime coniungentis, sed exemplo etiam Onias, II. MACCAB. III. 16. 17. comprobatur; T. II. de Morte Christi, p. 128. DIOG. LAERTII, ARISTOTELIS ac DAMASCENI, de eadem re testimonia, sicut ER. SCHMIDIVS, Not. ὡς Aminada. in *Nouum Testamentum*, p. 620. Quo etiam factum est, ut non raro καταχρεωνται, pro quois Timore, αγωνία accipiatur. Hinc ΕΤΤΜΟΔΟΓΙΚΟΝ ΜΕΓΑ: Αγωνία, ἐπὶ τῷ εἰς ἀγῶνα μέλεντος κατιέναι. Καταχρεωνται δὲ καὶ ἐπὶ τῷ αὐτών φάσει, h. c. Αγωνία (dicitur) de eo, qui CERTAMEN INGRESSVRVS est; carabreſſice uero SIMPLICITER, pro TIMORE ponitur. col. 15. ed. Syllburg.

§. III. Nemini itaque incongrua uidebitur interpretatio ἀγωνίας, a Syro interprete, hoc in loco, suppeditata: ٢٨٣ ١٠٣ ٢٥

Et cum esset in TIMORE ٢٨٣ ٢٩ enim, una cum masculino, ٢٩ ٣٠ uoci ḥaywāt, quatenus ea timorem includit, exacte responder. Propriissimus quippe illius, apud Syros, significatus est: *Timor, terror ac paor;* qui ex Rad. ٣٠ ٣١ Timere, statim innoscet. Acceperunt Syri & Rad. ٣٠ ٣٢ & nomen ٣٠ ٣٣ a Chaldaicis. Hi enim רְדִילָה uel רְדִילָה & רְדִילָה ipfumque uerbum לְרַדֵּל non in Textibus Chaldaeo-Biblicis, in Paraphratis tamen Chaldaicis, aliiſque, hac lingua exaratis libris, frequenter adhibent. Hinc, ex eadem radice, ortum traxit uox illa רְדִילָה, qui in Cod. Talm. BAVA BATHRA Indaci uruntur, in describendis terriculamentis, seu machinis, ad abigendas ex agris et arboribus aues, positis. Conf. BVXTOR. FII Lex. Cb. Talm. Rabb. col. 525. CASTELLI Lex. Heptaglott. col. 687.

§. IV. At quaeritur: qua ratione uox in eo sensu, de quo disputauimus, referri, hoc in loco, possit ad Seruatorem nostrum optimum? Responderi facile potest a quolibet, qui uehementissimos grauissimosque animi, quibuscum certandum erat, angores, luctamque simul, cum tot hostibus, regnoque ipso infernali incundam, pia mente penitauerit. Hoc enim illud adhuc temporis est interuallum, quo non tantum λυπήσθαι & αἰδημεῖν, sed εἰδημεῖν etiam

etiam Christus coepit, MATTHAEO ac MARCO testibus. Praegnans ultimi in primis vocabuli, ἐνθαυβεῖσθαι, significatus est, reique gravitatem ac pondus vere exhaustit. Notat autem: *expansificere & obsipescere*, cumque, si in uocis penetremus uiscera, includit *timorem ac pavorem*, qui efficit in nobis, ut corpore et animo toti perhorrescamus. Nec ab hac uoce aliena sic est uerbi **λαλητική** acceptio, cum constet, perpetuam hic fieri *terroris ac timoris coniunctionem & permutationem*, idemque uerbum **λαλητική** in Peal de *terrore ac pavore* in specie legi, quod in Peal **λαλητική** ad nudum *timorem* spectat. Et ipse Sacer N. T. Codex τρόπου καὶ ἐνσάσων, mulieribus, ad Christi sepulcrum uidentibus & *Timore* insigni percussis, tribuit. MARC. XVI. 8. Vnde evicta erit pulcherrima τὸ ἐνθαυβεῖσθαι Graecorum, cum τῷ **λαλητική** uel **λαλητική** Syrorum confusio. Conf. HENR. STEPHANVS, in *Thesaur. Lingv. Gr. T. I. col. 1553.* Add. PEARSON IUVS, qui uerbi ἐνθαυβεῖσθαι emphatis, interioremque naturam uberiori euoluit, *Expos. Symbol. Apostol. Art. IV.* p. 338. 339. Persequeremur latius hoc argumentum, inquisitione accurata dignissimum, pia rumque meditatione fertiliissimum, nisi uerendum esset, ne limites nostri instituti, ex foro philologico decerpsti, excederemus. Hinc sufficiant ea, quae hactenus, ad loci huius illustrationem, subiecimus.

A C T . I . 12.

Σ Α Β Α Τ Ο Τ Ε X O N Ο Δ Ο Ν .

§. I.

Copiose, in Talmude, scriptisque aliis, Iudaci ueteres enarrant nobis rationem *Viae Sabbaticae*, in eiusque determinandis limitibus, accurate admodum uersantur. Nolito in loco eiusdem termini mentionem facit Scriptor Θεοπενευστος, ita ramen, ut ad plenarium horum uerborum sensum peruenire uix queamus, nisi ipsos Iudeos, suorum rituum atque institutorum optimos interpres, euoluamus. Seponimus autem eos in praesenti, & *Syrum* conferimus interpretem, ταῦθατε ἐδών per **לְבָנָה מִלְּבָנָה** **אֶת־מִלְּבָנָה**

Circiter septem stadia, παραφερασίων transferentem. Qui locus inquisitione eo dignior est, quo rectius nos informat de eodem itinere, quod Sabbatho apud Iudeos, ex ueterum traditione, emetiri licebat.

§. II. Quod attingit ad ipsum **חַרְבָּת שְׁבָת**, quo sub nomine in Ebraeorum occurtere scriptis solet *Terminus Sabbaticus*, missis omnibus, quae de origine, auctore, alias, eum circumstantibus, dici poterant, obseruamus, variorum generum **חַרְבָּת שְׁבָת** a Iudeis recenseri. Hinc aliud fuit *Iter Sabbaticum maius*, quod XII. millaria, aliud *minus*, quod 2000 cubitos, aliud denique quasi *medium*, quod 2800 cubitos complectebatur. De singulis tradunt

dunt Iudaeorum Magistri, quorum testimonia colegerunt praesertim ii, qui uberioris & ex instituto de *Via Sabbathi* egerunt, quorū IO. FRISCHMVTHI, MICH. WALTHERI & NIC. KVRSNERI labores referendi sunt. Fatemur tamen simul, generis primi, seu *maioris*, non frequentem fieri mentionem; de medio vero multo adhuc patiora proflare testimonia. Quae etiam causa est, eur SELDENVS, de *Jure Nat. & Gent.* L. III. c. IX. p. 317. sgg. ac LVNDIVS, im *Jüdischen Heiligbüchern*, L. V. c. VI. p. 953, cum plerique eruditorum, *maioris* tanrum & *minoris* *Sabbathici* fecerint mentionem.

§. III. Id ergo notari hic, præ ceteris, deber, minorem illam; quam 2000. cubitos confidere, docuimus, *Sabbathi* Viam, tanquam maxime suetam, in scriptis Iudeorum, celebrari. Quod ideo fieri solet, quia hoc erat spatiū, arcā foederis quondam & castra Israelitarum distinguens. Conferatur locus clarissimus, IOS. III. 4. & addantur ea, quas KIMCHI & RASCHI ad eundem obseruant. Hoc ipsum etiam nel SVIDAE confirmari testimonio potest, qui, in Lexico Graeco, uoces: Σαββάτων ἡμέρα, non solum per uerba: Διαχειρίσθαι πάντων ἦν, (uia) BIS MILLE CVBITORVM erat, explicat; sed statim etiam sequentia subiungit: Τοστον γάρ η κιθωτὸς διάσημα προελαμβανεῖ τὴν τὴν παρεγμένολην, καὶ απὸ τούτου διεκτήνεται ἐκάνει, διε ἐγνη προσκυνεῖ τὴν συνηνὲν εν σαββάτῳ θρόνειν. i.e. ex uerione KVSTERI: Tanto enim usq[ue] arca antecedebat castra, & tantum iter in *sabbatho* confidere licet illis, qui tabernaculum adibant, Deum in eo adoraturi. T. III. p. 273. Arque de hac *Viae Sabbathiacae* mensura plura tradunt TALMUD utrumque, MAGISTRI Hebraeorum, in Commentaciis Bibl. imo, TARGVMIM etiam, in locis quibusdam, hic non allegantis, partim, quia de *Via Sabbathi* non disputamus ex professo, partim, quia de iisdem iam alii fuere solliciti; Hinc conferri possunt BVXTORIUS, in Lex. Chald. Talm. Rabb. col. 252. sgg. LIGHTFOOT, in Horis Hebr. & Talm. O. O. T. II. p. 570. & 588. ID. in Comment. ad Acta Apostol. OO. T. eod p. 512. sgg. SELDENVS, de *Jure Nat. & Gent.* L. III. c. IX. p. 318. sgg. MARCKIVS, in Exercitatu scripturar. ad N. T. Exerc. XVI. p. 55. sgg.

§. IV. Stat igitur sententia, 2000. cubitos Iter proprie Sabbathicum confessile. Nam, qua ratione idem non doceant uerba Syri Interpretis, est explicandum. Videmus autem facile, omnia hic, si recte sentire uelimus, redire ad eam mensurandi rationem, qua usi sunt Hebrei ueteres. De hac audiamus ita differentem FRISCHMVTHVM: Hebrais minima mensura fuit אַכְפָּע digitus, qui tanquam principium in re mensuraria cum ad sacros, tum profanos usus frequenter asperbi solebat. Quatuor illorum constituebant טבח sive palmum; Sex autem palmi faciebant אַכְפָּה, sive cubitum, sed וְרֹעֵשׂ vulgarem. Cum cubito iisdem coincidat gressus sive passus, sed בְּנֹנִיה minor & communis, qui duplicatus constituebat צָבָע, maiorem scilicet. Viterius, 267. circiter cubiti, sine quod idem est, gressus, faciebant רֹסֶם Stadium: Septem uero Stadia cum dividie conficiebant קַלְמָן milliare Hebraicum, adeoque 2000. cubiti eidem milliare exacte respondebant. Quatuor tandem millaria minora פרסה milliare maius constituebant. Dili. de *Via Sabbathi*; c. II. §. 3.

§. V.

§. V. Accedimus ad ipsas Syri uoces: **סְפָתִים** seu septem stadia. **סְפָתִים** quod constat, Graecum origine nomen est, a u. **σάδιον** deriuandum, ac non **Syris** tantum, sed doctoribus etiam **Talmudicis**, qui **אַסְטָרִיא** atque **אַצְטָרִיא** scribunt, usitatum. Singularis, secundum CASTELLVM, est **סְפָתִים** secundum GVTBIRIVM uero atque alios, **סְפָתִים**. Quale mensurandi genus apud Graecos **σάδιον** fuerit, a I O. LEVSDENIO declaratur, in *Philologo Hebr. mixt. Diff. XXXII. p. 229.* No. missis Graecorum stadiis, quae locum hic habere non possunt, ad Hebraeorum stadia, quorum ratio ex loco FRISCHMVTHI allegato constat, conciliorum & collationem Textus nostri, cum Iudeorum statutis, nunc instituemus, & tribus numeris absoluemus.

§. VI. **נ** 2000. Cubiti constituant **סְלִיל** seu *milliare*, & quidem maius Hebraicum, quod millari ueteri Romano *ιωρευτον* est, i. e. 2000. gressus seu passus minores. Quod dozent, non tantum sub uoce **סְלִיל** BVTORFIVS, in Lex. Ch. T. R. col. 197. sqq. & CASTELLVS, in Lex. Heptaglott. col. 2047. Sed OECVMENIVS etiam, in Cap. I. Act. Apost. uebris sequentibus: **מִילָּא** ἐν, ἡ τὰ σεβθάτε ὁδός, ἡς Φησιν οἰράνην εν τῷ πέμπτῳ Στοματά, διχαλανη πηχον υπῆκε. **MILLIARE VNVM**, VIA SABBATHI, uti dicit Origens, in quinto Stromat. BIS MILLE CVBITORVM interuum erat. Locum integrum dedit KVSTERVS, in not. ad uerba SVIDAE: Σεβθάτε ἔχον ὁδὸν. T. III. p. 273, not. 3. Add. Loca TREMELLII, DE DIEV, WASERI atque aliorum, hac de re, excerpta a MARCKIO, i. e. p. 517. sqq. & GVALTERIO, in Sylloge uocum exoriar. N. T. p. 293. sqq. **ב** Septem **רַוִּין** (rarius scribitur) uel **סְפָתִים** h.e. Stadia, cum parte dimidia, itidem **סְלִיל** mil- liare conficiunt, uid. praeter locum FRISCHMVTHI, §. IV. addu- etum, HADR. RELANDVS, qui ex Codd. BAVA MEZIA & IOMA illud probauit, in *Palaeina*, L. II. c. I. p. 296, add. Locus ex BAAL ARVCH, a LVD. DE DIEV prod. Atus, *Animaduers.* in Act. Apostol. p. 4 Sic etiam clarissima uerba SVIDAE sunt: Ἐπτά ἡμίσους σάδια ποιῶσι μίλιον, SEPTEM STADIA & DIMIDIUM conficiunt MILLIARE; Quae binis uicibus apparent, in Lex. Graeco, T. III. u. **σάδιον**, p. 366, 367. **ג** Particula

אַסְטָרִיא a Syro nostro adhibita, & uocabus **סְפָתִים** **סְלִיל** praemissa, Latinorum sere, circiter, *quaſi*, exprimit, Graecorum uocabae *στάδιον* exakte responder, hicque minime πλεονάσει, sed dimidiata stadii octaua partem, quam, cum VII. integris stadiis, **סְלִיל** facere, ostendimus, supplet. Non enim copioſe, sed concise, quod translatorem decet, loqui **Syrus** uoluit. Quibus omni-

omnibus probe notatis atque perspectis, ulro quilibet largietur, Syriacam hoc in loco versionem, ab Hebraeorum veterum statutis, respectu Termini Sabbathici, minime discedere.

A C T . I I . 42.

T H I Κ Α Α Σ Ε I T O Y A P T O T.

A C T . X X . 7.

T O Y Κ Α Α Σ Α I A P T O N.

§. I.

Frequens in Sacris, & Noui speciatim Testamenti paginis, της ἀρτουλασιας, vel locutionis: κλάσαι την ἀρτον, est mentio. Nos, missis ceteris omnibus Scripturae oracula, duo iam adducta, quippe quibus haud parum lucis a Syro affunditur Interpretate, accuratius, sed paucis, enoluemus. Locum priorem Syrus ita transfert:

¶. Κλάσαι την ἀρτον επειδη πολλα ποτα μεταβαται στην αρτον. Κλασσατε την ἀρτον επειδη ποτα μεταβαται στην αρτον. Et perseverabant in doctrina Apostolorum, & communicebant in oratione & in FRACTIONE EVCHARISTIAE. Posteriorem uero: Κλασσατε την ἀρτον επειδη ποτα μεταβαται στην αρτον. Κλασσατε την ἀρτον επειδη ποτα μεταβαται στην αρτον.

Primo autem die hebdomadis, cum congregati essent, ut FRANGERENT EVCHARISTIAM, uerba faciebat ad eos Paulus, &c.

§. II. Id scilicet lectori Nou. Test. notandum obseruandumque est, ut κλάσαι της ἀρτως distincta ratione sibi concipiatur, & communem panis fractionem, ab eucharistica, studiose discernat. Hoc illud est discrimen, quod probe attendit noster interpres. In loco utroque habetur Panis fractio. At fallimur, si communem illam intelligamus. Quatuor enim, in priori loco, actus cuiusdam diuinorum, in Ecclesia Vet. Apostolica recepti, insinuantur, qui sunt Διδαχὴ, κορνυνία, κλάσαι της ἀρτως, & προσευχὴ. In posteriori uero, solemnis discipulorum congregatio, ad celebrandam Eucharistiam, enarratur. Nec obstar huic interpretationi, quasi per eandem Pontificis subministretur argumentum aliquod, ad roborandam ποτηρικλεψιαν suam; cum sciamus, οὐεκδοχῆς in SS. litteris partem saepe pro toto, adeoque & panem; pro pane ac portu, adhiberi uid. L V C . X I X . 1.

§. III. Hoc certum est, phrasin: Κλάσαι την ἀρτον de communi panis fractione, quae sit, quando comeditur quotidie, uispari. Conf. M A T T H . XIV. 19. X V . 36. M A R C . VI. 41. I I X . 6. 19. L V C . IX . 16. X X I V . 30. 32. A C T .

ACT. XXII. XXVII. 35. Nihil tamen impedit, quominus eandem de S. Coenae distributione aescipiamus. Morem enim, frangendi panem eucharisticum, obtinuisse quondam, neminem fugit, qui uel a limine salutavit temporum Nou. Test. historiam. Christus, cum S. Coenam institueret, frangebat, MATTH. XXVI. 26. MARC. XIV. 22. LVC. XXII. 19. I. COR. XI. 24. & reperiebat hoc a more Iudeorum, panem, post factam benedictionem, frangentium, de quo ex fontibus disputat LIGHTFOOT, in Horis Hebr. & Talm. T. II. OO. p. 697. Apostoli hunc morem retinebant, a Christi traditum. Hinc Paulus per fractionem panis actum ipsum sacramentalem intelligit, I. COR. X. 16. A choro denique uenerabili Apostolorum subflequens accipiebat Christiana Ecclesia; in quo omnes Liturgiarum scriptores, IO. BONA, IOS. BINGHAM, IAC. GOAR, &c. inter se consenserunt. Quare & Christiani in Syria, Maronitae, ab hac consuetudine recesserunt minime. Spectat hic in specie formula quadam Maronitarum, a IO. BONA adducta, qua utuntur in Coenae administratione, cuiusque initium est: *Credidimus & obtrumus, signamus & FRANGIMVS Eucaristiam hanc, panem coelestem, &c.* de Rebus Liturg. L. II. c. XV. p. 418. ed. Romanac.

§. IV. Atque sic, ex antiquissimo ἀρτολαζεῖαι sacrae, inter Christianos, usu, Interpres noster phrases, duobus illis in locis occurrentes, facile potuit intelligere, & in locum τῆς ἀρτῆς, quam uocem alias, quando de communione sermo est, per τὸν αὐτὸν transfert, πάση μόνον substituere.

Vox haec ita comparata est, ut rem omninem exhaustiat. Vere enim hic εὐχαριστία deprehendit, quo nomine Graeco nos sacram effere εὐχαριστίαν solemus. Et colligere simus inde licet, quod, cum in praesenti textu authentico εὐχαριστίας uox minime compareat, & Syriacæ tamen uerioni inserta sit, iam inter ipsos Syros, illi temporibus, nobilis hic titulus fuerit receperitus, ac de sacro hoc epulo usurpatus. Ceterum, nomen idiomatis, pure Graeci, hic ap. Syrum comparare, miratur minime, cum a more huius translationis alienum hoc non sit, quae, ad exhaustiendam rem, peregrina saepius uocabula refineret, nec noua, rei naturam

haud exprimentia, constituit. Id quod ex uocibus οὐκέτι δύου,

πάσοι ζῶντος, αὐτοῦτοι θεούτοι, πάσοι δύο, πάσοι

Αὐτοχθονοί, οὐδὲν οὐδὲν, εὐαγγελιον, ut plures missas faciamus, abunde constat.

ROM. IV. 5.

ΠΙΣΤΕΥΟΝΤΙ.

§. I.

Sudes in oculis eorum, qui Romanæ addicti religioni sunt, est locus ROM. III. 28. prout legitur in aurea nostra & uernacula Bibliorum versione, Adiecit LV THER VS uoci, πάσοι, exclusuam, ALLEIN, quam in Textu illo,

illo, si non κατὰ τὸ βῆτον, κατὰ τὴν δίκαιον τamen, latere, ei icta diu veritas est. Pungunt, ob hoc factum, beatum uirum, uariis modis, acerbisque loquendi formulisi, contra ipsum, ueluti apertum Bibliorum falsatorem, uirum, scripturam adulterantem, siue uenient auctoritate, multoties infusgunt. Docent hoc uerba ipsa non infinitae caueae Pontificiorum, PISTORII, ADAMIT TANNERI, BECANI, CORN. A LAPIDE, PETRI CVTSEMI, & cuius uel ipsum nomen Bellum, arma, minas spirat, BELLARMINI, ex scriptis eorum plenius collecta a GERHARDO, in Confess. Catol. L. II. P. III. Art. XXIII. p. 1478. 1479.

¶ II. Non urgemus hic ea, quae disputationi, cum his Lutheri hostibus, ~~et~~ ^{ad} Syriovis instituendae, inservire possent. Sed opponimus iis talem versionem, cui, ob antiquitatem singulariem, haud leue premium, apud omnes, rerum intelligentes, statuitur, nempe *Syriacum*. Quam si legendi facultas est, forsan mitius paulo de hoc B. Viri facto sentient. Haec enim in loco ROM. IV. 5. qua caput doctrinae cum loco, ROM. III. 28. conueniente, uocis *Syriovis* particulam ~~quoniam~~ nec contra linguae regulas, nec contra sensum ipsum, a Spiritu S. inditum, expresse adiicit. Videamus locum integrum:

وَمَنْ يُؤْمِنْ بِهِ فَلَا يَكُونُ مُسْلِمًا: إِنَّ الْمُنْذِرَةَ لِلْمُنْذِرِينَ
وَالْمُنْذِرَةَ لِلْمُنْذِرِينَ كَلِمَاتٌ مُّنْذِرَاتٍ لِلْمُنْذِرِينَ
Ei vero, qui non operatur, sed credit TANTVM in eum, qui infligunt
peccatores, imputatur fides ad iustitiam. Vere **كَلِمَةٌ** exclusiva particula est,
a Chaldaeorum **לְחוֹר** uel **לְחוֹרָה** repetenda, nostrisque *allein eleganter responsi-*
dens. Reste ideo μέν Textus Graeci Nou. Test. in uocem **كَلِمَةٌ**
transfudit Syrus; u. g. LVC. IIX. 50. **كَلِمَةٌ** **أَنْتَ** **كَلِمَةٌ** TAN-
TVM crede; ACT. IIX. 16. **كَلِمَةٌ** **أَنْتَ** **كَلِمَةٌ**
TANTVM baptizati erant in nomen Domini nostri Iesu:
ut plura hic praeteremamus exempla, ex ipsa Syriacae versionis lectio facile
colligenda.

S. III. Vindicet ergo hic locus honorem **LVTHERI**, eiusque pro
uersione loquatur. Desistant iam ab eo hostes, iusto acriores, & cum **Syro**
hoc translatore, aetate longe superante **LVTHERVM**, certamen ingredian-
tur. Hunc adeant, hunc postulent, ut rationem translationis suae reddat;
ut ostendat, an **QD**  suum, seu **Tantum**, iure, an uero contra men-
tem **Georgievus** Scriptoris, inscruerit. Existimamus, temporum illorum, in quae
Syri aetas incidit, rationem mouere eos posse, ut uanas illas arque impias mis-

fas faciant incusationes. Antiquissimam enim N. T. versionem eam esse, extra controversiam est, quamvis accurate definire actarem eius nequeamus. Neque etiam nostri instituti est, originem eius evoluere, cum IAC. MARTINI, in *Praefatione*, N. T. Syriaco *Trofiano praemissa*, FRANZIVS, de *Interpretat. Sacr. Scriptur.* p. 40. TREMELLIUS, in *Praef. Paraphras. Syriacae*, una cum aliis in hoc campo cum laude laborauerint. Ceterum, rem ipsam, quibusque ex rationibus LVATHERI illud SYRIACVM que *Tantum retinere fas sit*, Theologi uberius, & ex instituto exponunt.

HEBR. V. 7.

ΕΝ ΤΑΙΣ ΗΜΕΡΑΣ ΤΗΣ ΣΑΡΚΟΣ ΑΤΤΟΥ.

§. I.

Vti ponderis plenissima sunt omnia Scriptoris *Θεοπνέυστος*, in hoc dicto, uocabula; Ita prima statim phasis: *Ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς σαρκὸς αὐτῷ*, lectoris attentionem omnino meretur. Certe autem est, infirmitatis Christi dies, secundum humanam suam naturam ipsis competentes, per eandem insinuari. Hanc enim interpretationem uerborum series studet, analogia fidei postulat, interpretum denique ὁρθοδόξωτά τον suffragia confirmant. Syrus noster in hac pharsi, uerius est ita, ut uix accurrior *υετάφερε*, aut plenior *παρέφερε* desiderari queat, licet simili fatrem utatur, quod unionis in Christo a intimis non exhaustit. Pulcre scilicet hic, per uerba: **וְתִזְבַּח בְּלֵבֶשׂ וְתִזְבַּח** cum carne esset *VESTITVS*, candom redditum, siisque temporibus idem *υετά τὸ πνὺτον* expressit, quod, multis seculis post, LVATHERVS pie cecinit: *In unser armen Fleisch und Blut VERKLEIDET sich das ewige Gut.*

§. II. Voci autem **לְבֹשׁ** propria indaganda est significatio, si de elegantia interpretationis huius conuinici uelimus. Mater Hebraea, a qua Syriaca lingua uerbum suum accepit, sicut nobis radicum **לְבֹשׁ** cuius generalis, communis & propria accipio est: *induit*, *uestitus*, quam non tantum Lexicorum consensus, & Codicis Sacri quam plurima exempla, sed deriuatae etiam inde uoces, & *לְבֹשׁ* & *לְבֹשָׁת* *תַּלְבִּשָּׁת* *תַּלְבִּשָּׁת* *uestitum*, &c. abunde confirmant. Neque etiam Chaldaica lingua, quam, ut nobilissimam sororem, cum Syriaca perpetuo coniungimus, ulteriorem illustrationem uoci huic denegat, sed habet radicem *לְבֹשׁ* una cum *שְׁבֹשָׁת* *שְׁבֹשָׁת*, & quidem ita habet, ut hic *uestimenti* significatus, uerbo *לְבֹשׁ* competens, non in *לְבֹשׁ* solum, seu *Paraphrasibus Chaldaicis*, sed in ipsis etiam *Textibus Chaldaeo-Biblicis*, speciatim Danielis, sit obuius. Conf. DAN. V. 7. 16. 29.

§. III. Ex quo intelligitur, quam eleganti descripsit simili Christum exinanitum Syrus noster interpres. Eadem enim radice **לְבֹשׁ** apud Syros competit significatio, quam *לְבֹשׁ* apud *Hebreos*, Chaldaeosque habet.

bet. Conf. VERS. SYR. in Locis, LVC. VII. 25. XV. 22. XXIII. n. &c.
Coniungantur cum radice, uoces deriuatae, restantes de uerbi sui valore
proprio, **لَكَ**, **لَكُمْ**, **لَهُمْ** & **لَهُ** & **لَكُنْ**
& uid. EDM. CASTELLVS, in Lex. Heptagl. col. 1862.

§. IV. Ipsa uox **لَكُنْ**, qua formam suam considerata, est Partic. Peil, in Coniug. Syrorum, Peal. KIMCHI, magni nominis inter Iudeos Grammaticus, in Libro Radicum, & in Michlol, de Hebraeorum Participiis paf-
fuis, quorum primum est Paul, obseruat, quod uis etiam *aetiorum* iisdem
competat. Cum itaque τῷ Paul Ebraeorum Syrorum Peil respondeat, pulcre huc
eratitur haec obseruatio, quia is etiam dicitur *indatus* ueste, qui uestem *induit*,
& ad Seruarem nostrum, qui carnem *assumit* (actiu) applicatur egregie.

§. V. Duo, uel uerbo adhuc obseruanda, restant, quia ad uocis **لَكُنْ**
sensem, in quo hic loci accipitur, spectant. Primo, quod idem Interpres,
in loco, EBR. X. 5. παραφεγμένως uersatus, radicem **لَكُنْ** in pari argu-
mento, occupatus, usurpauerit, uerbaque, multorum eruditorum disputationibus
obnoxia: σώμα κατηγορία μοι, transfuderit: **لَكُنْ؟ لَكُنْ؟**

Corpus uero VESTIVI mihi. Deinde, quod BVXTORFIVS & CA-
STELLVS moneant, **הַלְבָשׁוּ וְבָשְׂרֵךְ**, *indumentum carnis*, de humanae
naturae Christi assumptione, a Iudeis, licet nullius mentionem faciant, aliquan-
do adhiberi. Conf. ille, in Lex. Chald, Talm, Rabb. col. 1122. hic, in Lex. Hepta-
glott, col. 1862.

§. I.

Illustris est & insignis maxime PETRI hic locus, in quo sistitur Christus
triumphator, solutis mortis uinculis, toti infernali choro, & apprens, & cru-
ciatum perennitatem praedicans. Laborarunt in cruento φυλακῃ, hic
occurentis, conuenienter significatu, Interpretes. ARIVS MONTANVS, ad
arcam Noachicam, & animas, in ea seruatas, hanc uocem refringit. CLERICVS,
angelos, τῇ φυλακῇ hominum praefectos, hic delitescere, credit. CL.
SCHOETTGENIO videtur, ad *capitularem*, & Gentilium, & Iudeorum,
respicit. Recentior uero Auctor quidam, milites, in *custodia* sepul-
cri Christi constitutos, hoc in loco inuenit. At, multo tautior nostrorum
Interpretem, localem Christi in regnum infernali descentum inde probantum,
sententia est, quam XIII. validis rationibus CALOVIVS, Bibl. illustr. ad
b. l. fulcit. Quae, quod non a recentioribus denum Theologis excoigitata, sed
temporibus iam antiquissimis ab integris ecclesiis fuit recepta, probat uerio
Syri-

Syriaca uerba: καὶ τοῖς ἐν φυλακῇ πνέουσις πορευοῦσι, ita transferens:
نَفَّاثَةُ بَرْبَرِيَّةٍ

Et praedicant animabus illis, quae conclusae tenebantur in INFERNO.

§. II. Non repugnat receptae huic interpretationi uox Graeca, φυλακή. Proprius quidem illius significatus est: carcer & custodia; Minime tamen ideo inferni in facris literis exultat mentio, hac uoce facta? Prouocamus ad locum, qui instar plurim sit: νοθότατη ὡς σταύρος ἐν τῷ φυλακῷ αὐτῷ, APOC. XX. 7, quod enim hic φυλακή dicitur, idem illud uerbi antec. 3. audit φυλακή; quo cum loco & dicta sequentia, in quibus, ut inferni typus, φυλακή istituit, coniungimus: νοθότατη φυλακή βλαχοῦ, MATTH. V. 25. ἐβαλεν αὐτὸν eis φυλακήν, MATTH. XIII. 30. ὡς πάντας σε βάλη eis φυλακή LVC. XII. 58.

§. III. His praefultis, iam uideamus, qua ratione uox Syrii interpretis

נַשְׁׁוֹת idem inferat. Recurrentum autem hic ad matrem est, si de filia rite iudicare uelimus. Offert nobis Hebraea lingua nomen נַשְׁׁוֹת de quo obseruat acutissimum IAC. GVSSETIVS, quod in *stylo Poetico, in Propheetico, in insultatione, in patheme doloris aut timoris, adhiberi maxime soleat. Commentar. Ebraeae Lingv. S. R.* נַשְׁׁוֹת p. 813. G. Radicem quidem huius uocis uerbum נַשְׁׁוֹת patre, recte constitutum Lexicorum conditores; Il uero, quibus in adya abditosque recessus linguae Hebraeae penetrare datum est, uoculam נַשְׁׁוֹת significatu rei, in statu separationis existentes, gaudentem, habent pro semime, quod, quando in Rad. cauam נַשְׁׁוֹת erudit, interiori simul affectu erga rem separatam inferat. Defiderandi enim & petendi significatio uocis נַשְׁׁוֹת in ipsis facris tribuitur, uid. IES. V. 14. HAB. II. 5, PROV. XXVII. 20, XXX. 16. Atque sic נַשְׁׁוֹת, qua interiorum suam naturam, proprie denotabit statum rei separatae, quae defiderio fertur erga illud, quod est separata. Haec est elegans illa, & ex ἀναγέδεια Philologica profecta deductio Magnifici LOESCHERI, in Tr. uon Zustand der abgeschiedenen Seelen, §. XXVIII. 577. 599.

§. IV. Discimus ex hac derivatione, quod נַשְׁׁוֹת in sacro V.T. Codice tam cerebro occurrens, ad statum mortuorum in genere, sive ille felix sit, sive tristis & lugubris, primario spectet. Id quod nec alii negant Philolog. Conf. GVSSETIVS, l.c. p. 813. G. BOCHARTVS, in *Geograph. Sacrae*, col. 983. GEIERVS, in *Prouerb. Sal.* p. 1640. Quae tamen significatio comparata est ita, ut alias simul omnino admittat. Scimus enim, idem נַשְׁׁוֹת acipi in locis aliis, 1) De sepulcro, 2) De afflictionibus & cruciatibus gravissimis, ad infernales fere accidentibus, 3) De ipso illo loco & statu, in quo torquentur impii, iam, quae animas, & aliquando, qua totum compostum. Priores duas significaciones mittimus; postrema uero ad rem nostram spectat. Negar quidem, quia de Christi locali ad πάτημα infernale descensu non bene sentit, ad infernum נַשְׁׁוֹת trahi posse, SAM. BOCHARTVS, l.c. col. 984. 985. At, habet Scripturæ oracula, habet nostrorum interpratum effata, quae prius sunt

funt destruends, quam canat uictoriam. Nostrum non est, ea hic allegare, de quibus adiri possunt Commentarii in Scripturam Philologicis & Theologorum nostrorum Systemata. In primis euoluant aquila Theologorum, IO. GERHARDVS, in Loco de Morte, §. 173. p. 298. Add. GVSSETIVS, l. c. p. 813. 814. BVXTORE, in Lex. Hebr. & Ch. p. 761. Hinc & uocom Helle (sue Hölle) ab Ebraeorum שָׂאֵל LVD. THOMASSINVS repetit, Glossar. Hebr. col. 959. Nec Iudei ab hac significatione abhorrent, qui non solum, in Cod. Talm. ERVBHIN, inter VII. inferni nomina שָׂאֵל recentent, sed & in IALKVT RVBENI de שָׂאֵל scribunt, quod igne, granidine, multisque in specie ignis fluminibus abundet. Conf. EISEN MENGERI Enddeckt. Indenbum, P. II. c. VI. p. 345. Add. IO. GERHARDVS, Loc. de Inferno, § 5. p. 512.

§. V. Disputauimus haec, ut inde patet, quomodo de uoce Syriaca וְאַתָּה existimandum sit. Status mortuorum in genere locum & hic omnino habet. Iam nero status beatarum animarum, qui nunquam in Sacris φυλακή audit, a Syro indicari non potuit. Ergo euincitur, ipsum illud πά, in quo impiorum וְאַתָּה seu animae, quam uocem Syrus pro πνέυμασι infest, post factam separationem torquentur, intelligendum esse.

§. VI. Hanc Syriacae uoci וְאַתָּה competere notionem, EDM. CASTELLVS praeclare docet, quando cum Hebraeorum נֹרְנָם שֶׁל מִתְהָרָה seu inferno inferiori eandem comparat, & sic dicto inferno superiori, seu opponit. Lex. Heptagl. R. שָׂאֵל col. 3667. Applaudit alibi Versio Syriaca; u. g. סְתִינְגְּמָה בְּנֵי וְאַתָּה ? נְזָקָן Portae INFERNI non superabant eum. MATT. XVI. 18. :לְבָדֵךְ תְּמִימָנָךְ תְּמִימָנָךְ Et, cum cruciaretur in INFERNO &c.

LVC. XVI. 23. In quibus certe locis per וְאַתָּה illud πά uere insinuari, rei & uerborum docet euidentia. Addimus, ad maiorem confirmationem, testimonium uiri cuiusdam, ex ipsa Maronitarum gente, cui Syriacae linguae perfecte cognitione non denegabitur. Est ille ABRAHAM ECHELLENSIS, qui, in notis ad Hebed Iesu Catal. Libror. Chald. p. 170. ed. Rom. nomen וְאַתָּה apud Syros commune esse, obseruat, & loco damnatorum, & purgatoria. Mouetur hinc, ut credamus, Syrum nostrum, qui ob antiquitatem uenerabilem, Syrorum recentiorum somnis, inter quae referimus purgatorium, captus minime fuit, eundem locum damnatorum, per φυλακή intellexisse. Si hoc, exhausit praesentem uocis Graecae significatum, uerumque oraculi nostri sensum, egregie tuerit.

• ﻦَسَنْ ﻪَوَّدْ ﻦَسَنْ ﻪَوَّدْ

102 183


f

5b.



3

PD 17





DISSE^{19.}
TATIONEM PHILologicam,
DICTA QVAEDAM
NOVI FOEDERIS
EX
VERSI^{18.}ONE
SYRIAC^{17.}A
ILLVSTRANTE,
CONSENSV
AMPLISSIMI PHILOSOPHORVM ORDINIS,
PRAE^{16.}SIDE
CAROLO HENR. ZEIBICHIO,
LL. AA. MAG.
D. XIII. SEPTEMBR. MDCCXXXVIII.
IN
AUDITORIO MINORI
ACADEMIAE VITEMBERGENSIS,
PVBLICE TVEBITVR
RESPONDENS,
IOANNES SAMVEL PFEIFFERV^{15.}S,
WEISSENSEA-THVRING.
PHIL. ET SS. THEOL. STVD.
VITEMBERGAE,
TYPIS IOANN. FRIDER. SCHLOMACHII.

18.